AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
Österreich, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift



delectantur qui superiores delectationes mirabili in
genio comprehenderunt. qui possunt scire qualis
munda illa et intelligibilis mentis delectatio.
Idamus ergo panes sapientie et saturemur in uerbo
dei. quia non in solo pane. sed in omni uerbo dei uita
est hominis facti ad imaginem dei. De poculo uero ex
expresse satis dicit sanctus iob. Sicut terra expectans plu
uiam. sic et isti sermones meos. Pulchrum est ergo ut
diuinarum scripturarum misceamus eloquia. et quasi
ros sic in nos dei uerba descendant. Cum ergo sederis
ad mensam illam potentis. intellige quis iste sit po
tens. et in paradyso delectationis positus. atque
in conuiuio sapientie collocatus. consida que ap
ponuntur tibi. Scriptura diuina conuiuium sa
pientie est. Singuli libri. singula sunt fercula. In
tellige prius que habeant ferculorum dapes. et tunc
mitte manum ut ea que legis uel que accipis a
domino deo tuo operibus exequaris. et collatam inte gratiam
officii repsentes. ut Petrus et Paulus qui euange
lizando uicem quandam largitori muneris
reddiderunt. ut possint singuli dicere. gratia
autem dei sum id quod sum et gratia eius in me egena

de mensa poten
tis.

de ferculo uel
conuiuio sapientie